



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CLIV. De Expugnatione castri Wartenberg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CLIII.

De

*Bello fratrum in castro Wartenberg,
& morte plurium Christianorum.*

Fuit castrum quoddam in terra Colmensi, in quodam monte dicto Wartenberg sito in medio stagni, trahens nomen suum ab eodem monte, in quo fratres cum multis armigeris habitabant. Et accidit quadam die dominicà, quando populus de vicinis villis esset in solatio & choreis, supervenit quidam exercitus de Sudovia improvisè & totum illum populum interfecit, mulieres & parvulos secum ducens.

CAP. CLIV.

De

Expugnatione castri Wartenberg.

Quotiescunque & quantumcunque gentes istæ de Christiano sanguine funderent; non tamen à persecutione cessabant. Utebantur enim totis viribus, ut eos usque ad interitum delerent; Undè Sudovitæ congregato iterum exercitu majori venerunt ad castrum Wartenberg, & post multas impugnationes & duras, fratribus eis pro sua possibilitate resistentibus, tandem ipsum cremando funditus destruxerunt, duos fratres cum tota familia occidentes, & sic dictum castrum in præsens remanet desolatum.

CAP. CLV,

De

Destructione castri Birgelau.

(a) Cri-